



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 38. Contentio de Sedis prærogativa inte Helvetiorum Oratorem, & Florentiæ Legatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)



propagandæ Sedis Romanæ nulli cedere nationi, nam id ipsum fecerunt testatum Julii II. & Leonis X. temporibus, præcipue vero tunc, quando cum pagis vicinis pro Religione decertarunt, cæso Zwinglio nefandissimo Ecclesiæ hoste. Ad hæc respondit Promotor: *Helveticæ gentis erga Sedem Apostolicam pietatis officia, & promerita multa sunt, eaque maxima, sed nullum obsequium, aut officium præstari potuisset opportunius, quam sit hæc legatio, tam prolixam benevolentiam deferens Synodo, quæ adventu vestro multum recreatur, & præter spem, quam in Cæsaris, Regum, ac Christianorum Principum præsidio collocat, etiam laudatissimæ huic nationi plurimum confidit.*

Sæcul. XVI.

A.C. 1562.

## §. XXXVIII.

*Contentio de sedis prærogativa inter  
Helvetiorum Oratorem, &  
Florentiæ Legatum.*

Accepto hoc responso Helvetiorum Orator proximus Legato Veneto, prout a suis Dominis erat jussus, in Synodo confedere voluit: cum vero Ducis Orator obsisteret, palam testabatur, se protinus discessurum, nisi ei sedes suo ordini congrua assignaretur; porro hanc litem ita, ut utrique parti satisficeret, componere haud exigui mo-

Pallav. n. 5.

lit. Legat.

ad Borrom.

1562. resp.

Legat. ad

Borrom.

30. Martii

1562.

D d 4

liminis



Sæcul. XVI. A. C. 1562. liminis res erat, quapropter Legati da-  
tis ad Papam literis de hoc diffidio  
 eundem certiozem reddebant, suppli-  
 ces, ut Florentiæ Ducem eo induceret,  
 quatenus pro Religionis bono Helvetio-  
 rum Oratori cederet, cum id plus ipsi  
 gloriæ conciliaret, ac quævis præroga-  
 tiva, quam ejus Legatus ex hac con-  
 tentione reportare speraret: itaque sum-  
 mus Pontifex missis ad Ducem literis,  
 eidem, cum fidei utilitas urgeret, ce-  
 dendi necessitatem tam gravibus verbis  
 exponebat, ut Dux suo mandaret Ora-  
 tori, ne solemnibus functionibus inter-  
 esset unacum Helvetiorum Oratore, sed  
 cum tempus ad eas celebrandas adven-  
 taret, occasione perhoneste quæsitâ Tri-  
 dento discederet, & propinguis in locis  
 moraretur extra urbem.

## §. XXXIX.

*Dudithi, seu Dudizii Titiniensis Epi-  
scopi Historia.*

*Thuan. hist.  
lib. 32. 56.  
& seq.*

Peractis paschalibus festis die sexta Ap-  
 rilis alia habebatur congregatio, in  
 qua duo Cleri Hungarici Oratores ex-  
 cipiebantur, iique erant Joannes Co-  
 losvarinus Dominicanus, & Andreas  
 Dudithius, vulgo Sbardellatus dictus,  
 eoquod ejus Mater, quæ Nobilis erat  
 Veneta, hoc nomen gereret. Erat is  
 Titinni in quadam Croatiae Urbe Epi-  
 scopus,